Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31253
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Bn̄dictio Agni · In die pasche

Deus universe carnis qui noe et filijs suis de mūdis et immūdis animalibus precepta dedisti · quiq; sicut holera humano generi quadrupedia mūda edere permisisti · qui agnū in egipto moysi et ꝑplō tuo in vigilia pasche comedere in figuram agni dn̄i nr̄i ihū xp̄i · cuius sanguine oīa primogenita tibi de mundo redemisti · et in nocte illa omne p̄mogenitū in egipto percutere precepisti · seruans ꝑplm̄ tuū agni sanguine prenotatum · Dignare dn̄e omp̄s bene ✠ dicere et sanctificare has ouium mūdarum carnes ut quicumq; comederint ex eis omni benedictiōe celesti gratie tue saturitate repleantur · P ·

Bn̄dictio laganarum · siue panis

Bene ✠ dic dn̄e creaturam istam panis sicut benedixisti quinq; panes in deserto ut sit domus eiusdem habundans in annū · alimento · gustantesq; ex eo accipiant tam corporis q̄m anime sanitatem P

Benedictio ouorum ·

Subueniat dn̄e q̄s tue benedictionis gr̄a huic ouorū creature · de qua pullos gallinarū dignatus es ꝓcreare · ut cibus salubris fiat tuis fidelibus · in tuarū graciarū actione sumentibus · P

Bn̄dictio Casei ·

Dignare omp̄s deus bene ✠ dicere et sanctificare hanc creaturam Casei · quam ex adipe animaliū ꝓducere dignatus es · ut quicumq; ex populis tuis fidelibus comederit